stercora oculantur chelidonia, IV, 273, 2. Pulli avium per omnia parentibus obsequuntur, VI, 190, 1. Pulli corvorum undenam in nido vivant, 448, 2. Sunt in parentes immites, *ibid.*

2° Pullus asinæ cui Christus insedit, quid symbolice repræsentet, XIX, 459, 1.

PULMENTARIUM. Pulmentarium est obsonium ad panem adhiberi solitum, XVI, 641, 2.

PULMENTUM, PULTES. Pulmentum et pultes quid sint, unde fiant, erant priscorum cibus, etiam Latinorum, I, 268, 2. Pultes veteribus in usu loco panis erant, XII, 261, 2.

PULMO. Pulmonis et follis analogia, VIII, 304, 1. Pulmo quasi follis cordi necessarium dat refrigerium, XII, 753, 1.

PULPITUM. E pulpitis verbum Dei recte prædicatur, V, 45, 2.

PULS. Puls vocatur cauliculus ille tenuissimus e radice plantarum pullulans, X, 332, 2. Puls cibus erat priscorum Hebræorum et Latinorum, XVI, 641, 2.

PULSUS. 1° Pulsus arteriarum qualis in tristibus, qualis in lætis, V, 548, 1.

2° Pulsus campanæ ab Ecclesia benedictæ quomodo fuget dæmonem procellas excitantem, IV, 298, 1 (*Vide* CAMPANA).

PULVILLUS. Pulvilli peccatorum qui sunt, XII, 592, 2. Pulvilli reticulati, 594, 1. 2.

PULVIS. 1° Pulvis tineas procreat, VI, 284, 1. Pulvis redit in pulverem, VII, 402, 2 et seq. Pulvis sepulcralis nos excitat, *Job*, 460, 1.

2° Pulverem de sandalis quomodo excutere jubeantur apostoli, et quare id fieret, XV, 265, 1. Pulverem reipsa excutiebant apostoli apud eos qui Evangelium recipere nollent, XVII, 285, 2. Pulverem cur Judæi in Paulum jactent, 390, 2 et seq.

3° Pulvis pedum Dei, quem eis Nahum attribuit, tria denotat, XIV, 160, 2. Pulvis in Scriptura est signum adventantis exercitus, XI, 296, 1. Pulvere apud Hebræos servitus et luctus significantur, 302, 2. Pulvis pigmentarius virtutes orationis e mortificationis comites, VIII, 2, 2.

PUNCTUM. Punctum lineas jugiter terminat, 420, 2. Punctum honoris quale, *Job*, *ibid.*

PUNICETA. Puniceta Romanorum deliciæ sunt, XIV, 513, 1.

PUNICUS. 1° Punica lingua et Hebræa affines sunt, XVII, 247, 2. Punicum malum unde sic dictum, VIII, 43, 2 et seq.

PUNIRE, PUNITIO, 1° *Punire est actus justitiæ vindicativæ, hinc culpam et peccatum puniendi præsupponunt*, XIII, 436, 1. Quam severe Deus peccata puniat, II, 413, 2 : *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me.* Puniuntur severe qui Dei judicia et castigationes impiorum non æstimant, 289, 2. Punitiones Dei per mortem repentinam quid denotent, XVII, 147, 2.

2° *Puniri peccata a Deo signum est amoris et curæ Dei, non puniri ingens malum*, XII, 617, 1, 2 : *Et requiescet indignatio mea in te : et auferetur zelus meus a te, et quiescam, nec irascar amplius. Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, et provocasti me in omnibus his : quapropter et ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, et non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.* Puniri a Deo satius est quam ab hominibus, III, 535, 1, 2. *Dixit autem David ad Gad : Coarctor nimis, sed melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum.* Puniri cito, misericordia est, IX, 179, 1 : *Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.* Quos punit Deus in hac vita, in futura non puniet, XIV, 166, 2 : *Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet; non consurget duplex tribulatio* (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § x, JUSTITIA).

3° *Punitio impiorum et malorum per judicem vel regem, Deo et populis placet*, VI, 240, 2 : *Qui dicunt impio : Justus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.* Punitio malorum a magistratu facta laus est bonorum, XVIII, 220, 2 : *Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum.* Punitio improborum salus est proborum, XX, 93, 1. Quinque viri qui in illa re qua excellebant, plexi punitique sunt, III, 114, 2.

PUPILLA. 1° Pupillæ etymon, Latinum, Græcum, Hebraicum, V, 184, 1. Cur Hebræis dicatur filia, XIV, 318, 1. Ipsa tribus propugnaculis munitur, V, 184, 2. Ejus usus, *ibid.* Totum mundum in se continet, *ibid.* Pupilla nihil magis custoditur, XIV, 378, 1.

2° Pupilla gratiæ symbolum est, IX, 486, 1.

PUPILLUS. Pupilli sunt injuriis expositi, *Job*, 619, 2. Pupillorum jura non sunt violanda, VI, 190, 1 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.* Pupilli sunt Deo curæ, VI, 190, 1; *Job*, 175, 2. Pupilli et viduæ Deum tutorem habent, XX, 93, 1. Illorum clamorem exaudit Deus, X, 424, 1. Pupillorum ingens consolatio est, quod in Deo Deique protectione vivant, XIII, 469, 1. Pupillorum jura judices defendant, IX, 148, 1 : *In judicando esto pupillis misericors ut pater.* Pupilli a legibus defenduntur, *Job*, 175, 2. Jus romanum pupillis subsidia decernit, *ibid.* Jure civili tutor destitutis datur, *ibid.* Magna legis in pupillos providentia, *ibid.*

PURGAMENTUM. Purgamenta hujus mundi cur se vocet Apostolus, XVIII, 284, 1.

PURGATIO. Purgatio templi per Judam Machabæum tacta, IV, 432, 1, 2; 433, 1, 2; 497, 1. Contigit ante mortem Antiochi Epiphanis, 543, 1, 2 (*Vide* TEMPLUM).

PURGATORIUM. 1° *Purgatorii veritas contra hæreticos astruitur et propugnatur*, IV, 286, 2 et seq. : *Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue*; 554, 2 : *Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur*; IX, 423, 1; 486, 2 : *Et postea resurget* (Deus) *et retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum, et convertet in inferiores partes terræ*; XII, 637, 1; XIV, 591, 1 : *Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum; et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum*; XV, 164, 1 : *Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte adversarius tradat te judici, et judex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*; 307, 2 et seq. : *Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro*; XXI, 282, 2. Purgatorium astruit Apostolus, XVIII, 271, 1 et seqq. : *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc* (quod est Christus) *aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit : dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit..... Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* Purgatorium credidit Judas Machabæus et Judæi tam prisci quam moderni, IV, 554, 2 : *At vero fortissimus Judas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium.* Purgatorium in concilio Florentino Græci confessi sunt, IX, 237, 1. Id Novantes etiam noscientes esse ostendunt, XIX, 482, 2.

2° *Quæ sit Purgatorii pœna.* Purgatorius ignis verus est ignis, IX, 237, 1. Est murus igneus paradisi cœlestis, XIV, 374, 2 : *Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu.* Purgatorii pœna quam acerba, XX, 480, 1. Purgatorius non contemnendus, *Psalm.* I, 240 : *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Ejus pœna semel finietur, XV, 164, 1. Ejus ignis quomodo Christo in judicio particulari assistet, XVIII, 273, 1. Purgatorii ignis per flammeum gladium ante paradisum significabatur, I, 112, 1. Purgatorium austro et aquilone, ad quem quis cadit, denotatur, VII, 369, 1, 2. Purgatorium an interpositum inter limbum patrum et infernum, XVI, 226, 1. Purgatorii locus aliquando infernus dicitur, *Psalm.* I, 79, 1 : *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Purgatorium desiderii quis, XVI, 177, 1.

3° *Animarum in purgatorio existentium status, an invocandæ, quomodo eis succurri queat.* Animæ in Purgatorio existentes sunt Ecclesiæ membra, XVIII, 575, 2. De salute sua sunt certæ, IX, 359, 2 : *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis, denudatio operum illius.* Animæ in eo amant et laudant Deum, XXI, 134, 1 : *Et omnem creaturam quæ in cœlo est et super terram, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audivi dicentes : Sedenti in throno et Agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum.* In purgatorio existentes animæ an invocandæ, IV, 564, 2. Purgatorii animas non invocamus ut sanctas, XII, 125, 1. A purgatorii cruciatibus liberat sacrificium, IV, 554, 2; 555, 1. In eo etiam valent indulgentiæ, XV, 371, 2 et seq. : *Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis.* E purgatorio nuper liberatum Salomonem concionator Italus dixit ex revelatione facta mulieri, III, 614, 1.

4° *Quid in purgatorio Christus post mortem descendens, egerit.* Christus in purgatorium post mortem descendens primum et plenum jubilæum dedit, IX, 666, 1 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino*; XV, 641, 1. E purgatorio verisimile est a Christo liberatas fuisse animas in ejus ad inferos descensu, XIII, 464, 2 : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos : ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne.* Christus resurgens e purgatorio plurimas, vel omnes animas liberavit, XVII, 97, 1; XX, 337, 1 : *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit.*

PURIFICATIO. 1° *Purificatio legalis mulierum.* Purificationis lex quibus feminis lata in lege Moysis, II, 73, 1. Ab hac fuit immunis beata Virgo, *ibid.* 2 et seqq. Non obligat jam Christianos, 74, 1. Purificationis dies cur in partu masculi erant quadraginta, in partu feminæ duplicabantur, 76, 2. Quid hoc tropologice significat, 77, 1. Purificationis tres erant leges, tam matrem, quam prolem et victimam spectantes, XVI, 68, 2. Quis ejus esset ordo, 71, 1, 2. De sacrificio in purificatione oblato, II, 77, 2. Purificatio pœnitentiam significat, 74, 1.

Purificatio beatæ Virginis festum quando et ubi institutum, XXI, 232, 1.

2° *Purificationes aliæ a lege Mosis præscriptæ.* Purificationes Judæorum dicebantur justitiæ vel justificationes legis veteris, XI, 741, 1, 2. Purifica-

dones Judæi interdum devotionis ergo suscipiebant, XVII, 383, 1, 2. Purificatio in templo Hierosolymitano quæ esset, 382, 2.

3° *Purificatio apud veteres fiebat per sulphur et ignem*, IV, 502, 2.

4° *Purificatio mentis.* Purificatio præmittenda orationi, *Job*, 272, 2 (*Vide* ORATIO).

PURITANUS. Puritani Angli dictorum sunt servantes, etiam in malo, VI, 74, 1.

PURITAS. 1° *Quid sit puritas, in quo ea maxime spectetur et consistat*, XVIII, 679, 1. Puritas est quædam sanctitas, XX, 566, 1. Puritas omnimoda dicitur sanctitas, XIV, 214, 1. Puritas est quieta dormitatio et mystica solitudo, *Job*, 87, 2. Quanta puritas Dei, hinc pura eum decent, XX, 94, 2. Puritas verborum Dei, VI, 429, 2.

2° *Puritas animæ unde proveniat.* Puritas animæ ab uno Deo provenire debet, IX, 96, 2. Nascitur ex amore et adhæsione ad Deum, resque divinas et cœlestes, XIV, 214, 1.

3° *Puritas conscientiæ quantum sit bonum*, XIX, 272, 2 : *Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura.* Puritas cordis Deo gratissima, VI, 153, 2 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.* Puritas accessum habet ad Deum, *Job*, 17, 1; 607, 2. Puritas cordis Deum videt, 273, 2. Puritas vitæ est candida vestis animæ, XXI, 69, 2: *Habes pauca nomina in Sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua.* Puritas lino denotatur, XII, 112, 2 : *Hæc dicit Dominus ad me : Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non inferes illud.* Puritas est comes veræ religionis, IV, 414, 1. Vitæ puritas veræ Ecclesiæ et religionis signum, XIX, 119, 2 : *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium.* Puritas doctrinæ, castitatis et vitæ, est una e notis veræ fidei et Ecclesiæ, XX, 164, 2 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.*

4° *Puritas tam corporis quam animi est servanda*, Job, 606, 2: *Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis?* Puritas virginea ab amore animæ erga Christum exigitur, XVIII, 679, 1. Puritas corporis admonet puritatem animæ esse servandam, IV, 343, 1.

Puritas cordis prælato necessaria, XVIII, 180, 1, 2: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona et fide non ficta.* Puritas angelica in sacerdote requiritur, XIV, 563, 2 (*Vide* SACERDOS).

Puritas Saræ filiæ Raguelis, IV, 280, 1. Puritas et pœnitentia in beata Virgine mire fuit conjuncta, X, 395, 1.

PURPURA. 1° Purpura quid sit, I, 633, 2. Purpura est sanguis ostrei, XIX, 257, 1. Ejus inventio prima, XI, 114, 1; XVII, 400, 2. Purpura marina fit ex succo conchiliorum marinorum IV, 432, 1. Ea quæ fit ex violis aliisque herbis pallet, *ibid.* Purpura Tyria est ardens et quasi ignea, *ibid.* Purpura Tyria est præstantissima, XI, 346, 1.

2° Purpura apud Romanos, alia erat consularis, alia regia, IV, 451, 2. Purpura est color regius, I, 633, 2. Purpura regum vestis, XII, 609, 2; XVI, 220, 1; XXI, 312, 2. Cur purpura regum dicatur pannus luctuosus, XVII, 400, 2. Purpura olim meretrices utebantur, XI, 114, 1.

Purpura vestis cardinalium, et quando data cardinalibus, XII, 609, 2. Purpura cur data sit a Papa cardinalibus, XV, 611, 1.

3° Purpura tabernaculi aquam repræsenta, XIX, 432, 1. Ipsa charitatis symbolum, VI, 511, 1. Purpura non est lapis involvendus, 303, 2.

PURPURARIA. Purpuraria unde dicatur Lydia, XVII, 310, 2.

PURPUREUS. Purpureas cristas galeis cur milites adderent, XIV, 178, 1. Purpureis et coccineis vestibus utebantur Chaldæi, XIV, 427, 2. Purpureus color index ignei animi est; dicitur quasi *purus urens*, id est ignis, 178, 2. Purpureum capitur subinde pro albo, XXI, 171, 2.

PUSILLANIMIS, PUSILLANIMITAS. 1° Pusillanimitas describitur, II, 243, 2; IX, 414, 1. Pusillanimis parvis rebus offenditur et facile irascitur, X, 53, 1. Pusillanimis adversam fortunam vix sustinet, 572, 2 et seq. : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam : spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere?* Imo nec ipse sustinetur, 573, 1. Nihil ferre potest, *ibid.*, 2. Pusillanimes sunt parvi animi et impatientes, V, 423, 1, 2 : *Impatiens operabitur stultitiam, et vir versutus odiosus est.* Pusillanimes tristia de se et aliis semper ominantur, XIV, 86, 1. Pusillanimitas est seipsum occidere, III, 431, 1.

2° *Pusillanimitatis effectus.* Pusillanimitas animi debilitatem causat, VI, 225, 1, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Pusillanimitas quam noceat Deum laudare volenti, IX, 227, 1 : *Noli esse pusillanimis in animo tuo : exorare et facere eleemosynam ne despicias.* Myrmecoleoni comparatur, 228, 1.

3° *Pusillanimitatis remedia.* Pusillanimes ad Christum agonizantem pro remedio confugiant, XV, 568, 2. Quomodo eos conservet Deus, IX, 487, 1, 2 : *Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ, et confirmavit deficientes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis.*

PUSILLUS. 1° Pusilli homines ingenio et arte præstant, XIV, 3, 1, 2. Pusilli cur non sunt scandalizandi, XV, 402, 2 (*Vide* PUERI).

2 Pusillus grex cur dicantur fideles, XVI, 172, 1. Pusilli qui judicio extremo interfuturi sunt, XXI, 358, 2.

PUTEOLI, PUTEOLI urbs unde dicta : ejus situs

PUTEUS. 1° Putei quod sit etymon, XVI, 357, 2. Putei ab Isaac tres effossi, I, 273, 1. De eorum nominibus, *ibid.* Quid hi tres putei mystice significent, 274, 2. Puteos sibi quisque in Mesopotamia locisque vicinis ob terræ ariditatem fodiebat, et hos tum sibi fodiendo comparabat, XIII, 327, 2. Putei crebri erant in Judæa ad aquam colligendam, XII, 263, 2. Erant aliquando loco carcerum *ibid.* Erant ii cœnosi, quia patentes superne et profundi : inde funibus in eos rei demittebantur, *ibid.* Putei eo amplius redundant quo plus aquæ ex iis hauritur, VI, 49, 1.

Puteus in quo SS. Praxedes et Pudentiana martyrum reliquias condebant Romæ, etiamnum superest, XIX, 317, 1.

E puteo qui est in idolio, bibere licet, XVIII, 323, 2.

2° Puteus aquarum viventium quis, VIII, 82, 1. Puteus profundus et angustus typus est meretricis, VI, 202, 1.

PUTIPHAR. Putiphar duplex in *Genesi* describitur : sacerdos unus, alter princeps militiæ Pharaonicæ, I, 362, 1, 2.

PUTREDO, PUTRIS. Putre capitur interdum pro *pingui* et *resoluto*, XI, 250, 1. Putredo corrumpit dentes alioqui inviolabiles, VI, 278, 1. Putredinis remedium mel est, V, 282, 1. Et cedrus et balsamum, *ibid.* et 2. Putredo cur vocetur mors periphrastice, XIV, 264, 1. Putredo corporis Jobi quanta, *Job*, 184, 1. Putredo nobis pater et mater, 381, 1; 383, 1.

PUTREFACTIO. Putrefactio unius partis inficit alias, V, 281, 2. Unde ipsa fiat, *ibid.* Quid sit : primo putrescunt humida, deinde sicca : omnia putrescunt præter ignem, *ibid.* Res putrescunt facilius æstate quam hieme, in tepore quam in fervore, in quiete quam in motu, *ibid.*

PYGARGUS. Pygargus quale sit animal, II, 448, 2.

PYGMÆUS. Pygmæus idem est quod cubitalis, XII, 696, 1. Pygmæi an existant et gens aliqua sit brevis, pugnans assidue cum gruibus, 695, 1, 2. Fabulosos eos esse probatur, *ibid.* Ubinam habitare fingantur, *ibid.* Illorum pugna cum gruibus et perdicibus, item fabulosa, *ibid.* An Pygmæi ad simias vergant, *ibid.* Pygmæi erant viri bellicosissimi 696, 2; 697, 1, 2.

PYRAUSTÆ. Pyraustæ in igne vivunt, VIII, 596, 1.

PYREA. Pyrea quid sint Persis, XIII, 157, 2.

PYRETHI. Pyrethorum magorum in Cappadocia quod esset officium, XIV, 274, 1.

PYROPUS. Pyropus gemma eadem est quæ Chalcedonius, XXI, 386, 2.

PYRRHIAS. Pyrrhias quis sit serpens, XXI, 240, 2.

PYRRHUS. Pyrrhus rex Epirotarum cur in galea cornua hircina gestaret, XII, 482, 1. Quia haberi voluit filius Jovis Hammonis, XIII, 102, 2 et seq. Dici voluit aquila, cur, XII, 623, 2. Pyrrhus primus contra Romanos in Lucania elephantes eduxit, IV, 442, 2. Ob dominandi libidinem periit, V, 444, 1.

PYTHAGORAS. 1° *Pythagoræ vita.* Pythagoras quando vixerit, IX, 5, 1. An fuerit circumcisus et idem cum Ezechiele, XI, 82, 1; XII, 466, 1. Non fuit Ezechiel, XII, 466, 1: Eum S. Ambrosius a Judæis ortum fuisse censet, *ibid.* Cur putatus esse Ezechiel, *ibid.* Unde dictus Pythagoras, 466, 2. Fuit e Samo oriundus, ergo non Judæus fuit, sed Græcus, *ibid.* Fuit Ezechiele posterior, 467, 1. Pythagoras Epheso prodiit, XVIII, 583, 1. Per Syriam et Ægyptum est peregrinatus, IX, 47, 2. Albam vestem gestavit, IX, 215, 2.

2° *Ejus auctoritas apud discipulos*, IX, 5, 1; XX, 567, 2. Quo apud discipulos in honore esset, XIX, 303, 1, 2. Pythagoras aurea corona solitus redimiri, ob insignem sapientiam, V, 39, 1. Unde multa supra mortalium captum sciverit, XXI, 197, 2. Quare mortem simularit, XII, 466, 2.

3° *Pythagoræ doctrina.* Ejus triplicia fuere symbola, theologica, ethica, politica, et singula explicantur, XI, 82, 1, 2; 83, 1, 2. Cur vetuerit Deum in annulo sculpi, XII, 138, 1. Censebat astra esse animata, XIX, 94, 2. Censuit animas ante corpora extitisse, XVI, 458, 1; 464, 2. Censuit peccata, quæ anima antequam corpori jungeretur, in cœlo commisisset, mortis et ærumnarum hominis causam esse, XVIII, 98, 1. Ejus sententia de immortalitate animæ, VII, 157, 2. Docuit metempsychosin, IX, 12, 2; XII, 466, 2; XVII, 101, 1. Credebat animas ex uno corpore in aliud migrare, XV, 688, 2. Pythagoras quoties transanimatus, I, 5, 1; XII, 466, 2 et seq. Quomodo dixerit animas improborum degenerare in corpora belluarum, XV, 536, 1. Ejus symbolum de via salutis et perditionis, XV, 210, 2.

Ejus ethica dogmata et gnomæ, IX, 30, 2; 31, 1. Pythagoræ symbola quæ sint, I, 31, 2 et seq. Ethices sectator egregius fuit, IX, 5, 1. Pythagoræ silentium, XI, 416, 2. Pythagoras silentii magister, *Job*, 299, 1. Quinquennale silentium a discipulis suis exegit, X, 356, 1. Otii fugam suis suadebat, V, 158, 2. Ejus vox ad effeminatum, XIX, 54, 2. Docebat a carnibus et fabis abstinendum, XV, 352, 1. Salem cur in mensa apponi juberet, XVII, 50, 2. Asserebat assentantes esse hostibus deteriores, XIX, 120, 1.

PYTHAGORICI. Pythagoricorum quinquennale silentium, XX, 73, 1. Per symbola sua dogmata tradebant, XIII, 223, 1. Per numerum nominum incedebant, XIV, 34, 1. Pythagorici cur esu carnium abstinerent, XIII, 14, 2. Non edebant pisces ob silentium, X, 361, 1.

PYTHIA. Pythia sacerdos Apollinis unde dicta, XI, 222, 2.

PYTHIUS. Pythius, Lydiæ rex, quatuor filios Xerxi ad bellum eunti offerens, ob quintum ab

reservatum illius indignationem incurrit, IX, 614, 2.

PYTHO seu PYTHON. Python unde dicatur, XI. 406, 1. Voces Pythonis sunt graciles et hiulcæ, ibid.

Pythones sunt spiritus divinatores XI, 222, 2. Sæpe per ventrem hominis loquebantur, *ibid.* Unde dicantur stridere, *ibid.* Pytho dictus est spiritus futura prædicens, XVII, 310, 2 et seq. Unde dictus est Apollo Pythius, *ibid.* S. Paulus Pythonem expulit, *ibid.*

PYTHONISSA. Pythonissa Samuelem non evocavit, sed hic ejus incantationem prævenit, et quare, X, 480, 1, 2.

Q

QUADRAGENARIUS. Quadragenarii numeri mysteria, XV, 61, 2; XVII, 49, 1. Symbolum est sanitatis et perfectionis, XVI, 374, 1.

QUADRAGESIMA. Quadragesima Montani hæretici post Pascha, XV, 246. 1. Quadragesima danda fidelibus ad pœnitendum cæso Antichristo, XXI, 342, 2.

QUADRAGESIMALE JEJUNIUM. Quadragesimæ jejunium vocatur statio, unde, I, 631, 1. Ipsa est anniversaria decima, *ibid.* Quadragesimas duas tantum Moses in monte jejunavit, II, 436, 2. Quadragesimalis jejunii variæ sunt causæ, XV, 118, 1. Sanitati corporis confert, *ibid.* Aliæ ejus causæ symbolicæ et mysticæ, *ibid.*, 2. Quadragesimale jejunium qui servant, Deo anni velut decimas per abstinentiam dependunt, XIV, 447, 1, 2. Exempla antiquorum Patrum pristini rigoris jejunandi in Quadragesima, I, 631, 2. Quadragesimale jejunium a quo die sit inchoandum, VI, 476, 2 et seq.

QUADRAGESIMUS NUMERUS. Quadragesimus numerus sanus et sanctus est, XV, 118, 1. Quadragenarius numerus mysticus est, I, 631, 1, 2; XVI, 335, 2.

Quadragesimo post Christi mortem anno Jerusalem a Romanis excisa est, XIV, 485, 1.

QUADRAGINTA. Quadraginta annis quibus Hebræi peregrinati sunt in deserto, defuerunt quinque dies, III, 24 2. Quadraginta per annos multi sine cibo vixere, XV, 119, 1. Quadraginta sex anni ædificationis templi quomodo sint subducendi, XVI, 334 2 et seq. Quadraginta diebus a resurrectione cur Christus suis apparuerit, XVII, 49, 1. Quadraginta quinque dies pœnitentiæ dabuntur lapsis, post mortem Antichristi, XIX, 156, 1.

Quadraginta martyres viderunt laureas sibi in cœlo paratas, XI, 725, 2. Alacriter in gelidum stagnum insilierunt, XV, 607, 1. Quibus se vocibus ad constantiam animarint, XIV, 534, 2. Viso uno e sociis defecisse, et rogantes Deum ut alium in ejus locum sufficeret, voti compotes facti sunt, XXI, 75, 1.

QUADRANGULI. Quadranguli postes sanctuarii quid mystice designent, XII. 815, 1, 2.

QUADRANS. Quadrans est quarta pars assis, alias triuncius, vel ter teruncius, XV 174, 2. Ejus dimidium erat minutum, 708, 2.

QUADRATURA. Quadratura circuli quomodo sciatur et nesciatur, VII, 303, 2.

QUADRATUS. Quadratæ urbes et domus sunt firmissimæ, XII, 860, 1. Quadrata figura cur non probetur in urbium munitionibus, XXI, 375, 2. Ejus commoda. 376, 2. Quadratum erat altare holocaustorum, XII. 826, 1, 2 (*Vide* ALTARE). Quadrati geometrici omnia latera sunt æqualia, IV, 317, 1.

QUADRATUS (S.). S. Quadratus an fuerit episcopus Philadelphensis, cui S. Joannes scribit, XXI, 70, 2. Fuit martyr, et Apologiam pro Christianis scripsit, *ibid.*

QUADRIGA. Quadrigæ Aminadab quid significent, VIII, 159, 1. Quadriga Cherubini qualis esset, XII, 495, 2 (*Vide* ANIMAL, CHERUB, CURRUS). Quadriga Dei sunt nubes, XIV, 257, 2. Quadrigæ quatuor quas Zacharias vidit, quid significent, 426, 1, 2. Quatuor monarchias repræsentant, et cur, *ibid.* In quadrigis depugnabant veteres; hinc quadriga belli et regni bello parti est symbolum, *ibid.* et 427, 1. Mystice hæ quadrigæ sunt quatuor genera sanctorum, *ibid.* Ventis assimilantur, 429, 2.

QUADRIMEMBRES. Quadrimembres parabolas usurpat Salomon in cap. XXX *Proverb.*, VI, 419, 1.

QUADRINGENTI. Quadringenti triginta anni post Abraham, post quos lata est lex, quomodo computandi sint, XVIII, 543, 2.

QUADRUM. Quadrum virtutum cardinalium quale sit, XII, 803, 1.

QUADRUPES. Quadrupedum variorum natura prodigiosa, I, 671, 2.

QUÆRERE. Quærendi Deum unde initium sumatur, *Psalm.* II, 209, 1 : *Quærite Dominum et confirmamini, quærite faciem ejus semper.* Quærere Deum in duobus positum est, *ibid.* Quærere faciem Dei quid sit, *ibid.* Quærere regnum Christi est idem quod illud possidere, et ab eo possideri. XIII, 645, 1. Quomodo quærendus sit Deus amissus, XVI, 83, 1 : *Et dixit mater ejus ad illum* (Jesum) : *Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.* Quinam quærant Deum et quomodo, XIV, 275, 2. Quærunt omnes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, XIX,

38, 2 : *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi.*

Qui quærit Deum jam eum aliquo modo habet, VII, 607, 2 : *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni.* Quærit anima Deum septem de causis, *ibid.*, 1. Quærendus est Deus, qua via et quomodo inveniatur, 606, 1, 2 ; 607, 2 et seq.

QUÆSTIO. 1° Quæstiones quibus se miscet homo, VII, 280, 2. Pro quo sumi debeant, et quid significent, 281, 1, 2.

2° Quæstio una diversas responsiones suggerit, VI, 350, 1. Quæstiones convivales non sint continuæ, sed dissectæ et solutæ, 165, 2. Eæ olim erant in usu, 166, 2; 188, 1, 2. Quid in earum solutione observandum, 174, 2. Quæstiones quomodo decernendæ, *Job*, 178, 1. Quæstiones undequeque mittuntur ad sapientes et doctores resolvendæ, VI, 166, 2.

3° Quæstiones subtiles a scholasticis moveri solitæ, fabularum nomine ab Apostolo non vetantur, XIX, 179, 1; 254, 1. Quæstiones hæresiarcharum, 254, 1. Eas de re omni movent hæretici, *ibid.* Quæstiones ineptæ quæ sint, 230, 1.

4° Quæstiones politicæ e Ptolemæo Philadelphi Septuaginta interpretibus sunt in mensa propositæ, X, 143, 2 et seq. *Quæstionum hebraicarum in libros Regum* liber an sit proprie S. Hieronymi, V, 5, 1.

QUALITAS. Qualitas morbida ex Adam in posteros non transfunditur, XVIII, 100, 1. Qualitas hominis est mera miseria, XVI, 315, 1. Qualitas quælibet et gratia in Scriptura per Spiritum significatur, III, 125, 2; 126, 1. Qualitas renuntiationis factæ in baptismo, VII, 286, 2 et seq. (*Vide* varios articulos in quibus de singulis his rebus speciatim agatur).

QUANTITAS. Quantitas alia est continua, alia discreta, XV, 358, 2. Quantitas hominis quam exigua sit, XVI, 315, 1.

QUARANTANA. Quarantana desertum describitur, XV, 116, 1.

QUASI. *Quasi* et similes particulæ sæpe veritatem, non similitudinem apud Hebræos significant, XVI, 290, 1; 309, 1; XVIII, 273, 2; XXI, 273, 1.

QUATERNARIUS. Quaternarii numeri perfectio et mysteria, XII, 346, 2; XV, 11, 2 et seq. In quaternariis gryphorum Salomonis quod ultimo loco ponitur, est in eis summum, VI, 438, 2; 441, 2.

QUATRIDUUM. Quatriduum mysticum mortis peccatoris, XVI, 488, 1.

QUATUOR. 1° Quatuor capitur aliquando in Scriptura pro quartum, XIII, 537, 1. Idque ad auxesim, *ibid.* Quatuor scelera Damasci an definite, an indefinite accipienda sint; si definite ea capienda, quænam sint ea, *ibid.*, 2. Cornelius censet ea indefinite sumi, *ibid.*

2° Quatuor fluvii paradisi Christi sapientiam denotant, IX, 659, 1. Item quatuor virtutes cardinales, 660, 2 et seq. Quatuor angeli principes quomodo esse dicantur et intelligantur, XII, 503. 2. Quatuor facies Cherubim erant, 480, 1, 2. Videtur eas Deus opposuisse statuæ Manassis, qui similem sibi statuam effecerat, 482, 2. Quid hæ facies denotent, 482, 2; 503, 1. Imprimis quatuor Dei stemmata, 504, 1, 2. Item quatuor dotes Dei redemptoris, et Dei bellatoris vindicisque, 505, 2. Item Synagogæ et regni Judaici stemmata, *ibid.* Allegorice quatuor Christi stemmata designant, 506, 1. Hæ tropologice sunt quatuor stemmata Ecclesiæ : id per omnia accommodatur, 507, 2. Item quatuor sedes patriarchales, quatuor doctores Ecclesiæ nec non quatuor stemmata Ecclesiæ triumphantis, 508, 1, 2 (*Vide* CHERUB, CURRUS). Quatuor animalia currus Dei de quibus agitur in *Apocalypsi* (*Vide* ANIMALIA).

Quatuor novissima quatuor sunt dimensiones, XVIII, 619, 1.

Quatuor temporum jejunia adumbrata per quatuor solemnia Judæorum jejunia, XIV, 447, 1. Ob quatuor causas instituta sunt, *ibid.* et 2. Per quatuor tempora cur jejunium et orationem Ecclesia indicat. XVI, 113, 1.

QUEMADMODUM. *Quemadmodum* sæpe est particula admirantis, et capitur pro *quam*, X, 493, 1.

QUERCUS. Quercus et juglandis antipathia, VI, 185, 2. Quercus fortitudinis et constantiæ est symbolum, XIII, 553, 2; XIV, 411, 2. Item divitum, XIV, 485, 2.

QUERELA, QUERIMONIA, QUERULUS. Querelæ Jobi et Jeremiæ an ex impotenti et irato amore in Deum sunt profectæ, XII, 161, 2. Querelæ Jobi rationabiles erant, *Job*, 76, 1; 241, 1. Querimonia moderata non est illicita, *Job*, 189, 2 (*Vide* JEREMIAS, JOB). Querulum est natura omne infirmum, XII, 164, 1.

Querela impiorum de Dei providentia, XIV, 582, 1.

QUI. *Qui est, qui erat, et qui venturus est*, an idem sit cum nomine Jehova, XXI, 17. 2 et seqq.

QUIA. *Quia* aliquando sumitur ut sit particula redundans, aliquando pro *tamen*, IV, 225, 1. *Quia, quoniam, eo quod*, sæpe ponuntur pro *quamvis*, XII, 67, 1.

QUIES, QUIESCERE, QUIETUS. Quies Dei in die septima fuit a productione novarum specierum, non individuorum, XIX, 386, 1 : *Dixit enim in quodam loco de die septima sic : Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum : Si introibunt in requiem meam.* Quomodo quiescere dicatur Deus, *Psalm.* II, 384, 2 : *Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam, elegi eam.*

2° Quies non est hujus vitæ, *Job*, 86, 2. Quietem dum quis sectatur, inquietem invenit, XXI, 45, 1. Quietis symbolum lectulus est, *Job*, 551, 1, 2.

3° Quies nusquam nisi in Deo, Deique amore